



**HADRIA**  
 NI BARLANDI RHETORIS  
 inclytæ Academiæ Louaniens.  
 libri tres, de rebus gestis  
 Ducum Brabantię.

Eiusdem de Ducibus Venetis,  
 liber vnus.

*num. 22. cap. 9. num. 22.  
 de la Lib. 2.*

Venduntur Louanij a Bartholomæo Grauij;  
 sub sole aureo.



Cell. Soc. I. N. S. V.   
 Balm. ex dono N. S. G. M.

# HADRIA

NIBARLANDI IN HISTORIAM DV  
cum Brabantiaë præfatio, ad clarissi  
mos viros D. Arnoldum a Vogel  
fanc, et D. Ioannem a Vvingaer  
den, Canonicos insignis  
Ecclesiæ Cathedralis  
diui Lamberti apud  
Leodienses.

**H** Oratio autore, Omne tulit  
punctum, qui miscuit utile  
dulci. Potest ne quicquam Histo-  
ria dulcius esse? per quam vnam tot  
pulcherrimarum situs vrbium, tot flu-  
minum cursus, hortos, amœnos reces-  
sus, musarum domicilia, patrios cul-  
tus, habitus locorum, & quid quæque  
ferat regio, quid quæque recuset, vbi se-  
getes, vbi veniant felicius vire cogno-  
scimus, & domi manentes sine sum

A ii ptu,

# HADRIA

NIBARLANDI INCLYTAE

Academiae Louaniensis Rhetoris Histo-  
riarum de rebus gestis Ducum  
Brabantiae, liber

Primus.



**T**ROI A capta et incensa, nobi-  
lissima civium manus traditur  
duce Francione ad Meotin ue-  
nisse paludem, nec procul ab ea  
urbem condidisse, ubi ad tempora usq; Valenti-  
niani Cæsaris iunioris habitauerūt, a quo primū  
honore aucti, & in decem annos immunitate do-  
nati sunt, ob redactos in ditionem Romani no-  
minis Alanos. Circumactō decennio, quum pen-  
sitare uectigal recusarēt, sedibus pulsī & eiecti,  
duce Marcomiro in eam Germaniæ partem con-  
cesserunt, quæ nunc Franconia dicitur. Faramun-  
dus Marcomiri filius omnium primus rex appel-  
latus est, anno restitutæ salutis quadringentesi-  
mo uicesimo. Ab hoc procreatus Clodio, cogno-  
mento Comatus. Clodioni regi successit Mero-

B

HEUS

# HADRIA

NI BARLANDIDE

Ducibus Venetorum

liber.

Paulutius Heraclianus,

Venetorum Dux primus.

VENETORVM Dux primus, cō-

**V**mini omnium cōsensu declaratus est Paulutius Heraclianus inclytæ vir iusticiæ. Incidit eius creatio in annū ab urbe condita cētogesimū secundū, ac ducentessimū, ut alij, septimum ac nonagesimū supra ducentessimū, ut itē alij, septuagesimū sextū. Tradidit nomo Duci insignia quædā populus, qbus amplissimam dignitatem ornandam putavit. His ita receptis Dux, ut rempublicam bello, cui tum erat implicita, leuaret, cum longobardis pacem fecit. Obijt Paulutius annis viginti & mensibus sex in principatu exactis.

Marcellus Heraclianus Dux secundus.

In demortui locū sufficitur Marcellus Heraclianus, cuius Ducatus 9. habuit an. Hic nihil gessit dignum

DE DVCIBVS VENET. lib.

dirigiosas tempestates, bella, inundationes, rerum penuriam, famem, calamitates ut dicimus, ita etiam sunt. Sed nulla acerbior calamitas regioni obuenire potest, q̄ stultus & impius princeps.

Nullus Cometa oriri potest mundo exitialis, q̄ princeps flagitiosus. Contra nullum æque salutare sydus, ac uitæ Dux inculpata. Fere enim fit, ut principis sui mores referat populus, quandoquidem homines & miremur, & imitemur libetius, & retineamus tenacius quæ uiderimus a principe & capite nostro factuari. Ducit enim quisq; sibi pulchrū, si eum æmuletur quē omnes suspiciunt, & ut caelo demissum numen adorāt.

Louanij ex officina Rutgeri Rescij. Cal. Maij.

An. M. D. XXXII.

Sumptibus eiusdem, ac Bartholomæi Grauij